Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



dabat·s; et canes ueniebant·/ et lingebant ulcera eius/sub
iunctū est/quod mortuus est lazarus/portatus ē a angelis
in sinū abrahe·/ et mortuus diues sepultus ē in inferno· Qui
eleuans oculos suos cū ēet in tormentis· uidit abrahā alonge
et lazarū in sinu eius·/ et ipse clamans dixit· Pater abraham
miserere mei·/ et mitte lazarū ut intinguat extremū digiti sui in aq̄
et refrigeret linguā meā· Cui abraham dixit· fili· recordare
quia recepisti bona in uita tua·/ et lazarus similiter mala·
Diues autē de se ipso iā spem salutis nō habens·/ ad pmerendam
suq; salutē conuertit dicens· Rogo te pat̄ ut mittas eum
in domū patris mei·/ habeo enim quinq; fratres/ ut testetur illis
ne et ipsi ueniant in hunc locum tormentorū· Quib; uerbis
aptē declarat·/ quia et boni bonos· et mali malos cognoscūt·
Si g̃ abrahā lazarū minime recognouisset· nequaq̄ ad diui-
tem in tormentis positū· de transacta eius ēt̄ione loquere-
tur dicens· quod mala recepit in uita sua·/ & si mali malos non
recognoscerent· nequaquā diues in tormentis positus fratrum
suq; etiā absentiū meminisset· Quom̄ u· pēsentes/ non pos-
sit agnoscere· qui etiā p absentiū memoria curauit orare·
Qua in re illud quoq; ostendit quod nequaq̄ ipse requisisset·
quia et boni malos· et mali cognoscunt bonos· Nam et di
ues ab abraham cognoscit cui dictū est recepisti bona in ui
ta tua·/ et electus lazarus a reprobo diuite ēt cognitus/ quē
mitti pcat̄ ex nomine dicens· mitte lazarū ut intinguat
extremū digiti sui in aqua·/ ut refrigeret linguā meam· In
qua uidelicet cognitione utriq; patuit cumulus retributionis